



Pastoralis Sollicitvdinis, Sive De Officio, Et Potestate Episcopi

Tripartita Descriptio. Cvivs Pars Prima Episcoporum institutionem, ...
Secvnda Quicquid ad Episcopi est potestatem, ... Tertia Quod ad casuum
reservationem, ... Methodo Noua, & expedita complectitur

Quæ omnia ad praxim vtriusque fori, interioris scilicet, & exterioris, & ad
iurisdictionis explicationem exigenda continet

Barbosa, Agostinho

Parisiis, M.DC.XXV.

Episcopvs Qvae beneficia vnire poßit. Allegatio LXVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98639](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98639)

ministrare, referunt decum Nicol. Garcia d. cap. 3. numer. 3. declaratione Armend. d. loco numero 30. Vbi autem sunt Collegiata Ecclesia, quarum decani & Canonici vigore statuti ad Cathedrali accedunt ad certas processiones, in certis diebus festis anni, & inibi canunt vnum versiculum, non potest filius illegitimus canonici Cathedralis ad Decanatum, vel Canonicatum illarum Collegiarum eligi: quia quomodo inferuire dictae Cathedrali videtur: ita referunt decum Campanil. d. cap. 13. n. 67. vers. & quia, Garcia d. c. 3. nu. 69. Armend. d. loco n. 31.

23 Non prohibetur tamen, quin pater & filius possint Missam celebrare in eadem Ecclesia, dummodo ambo non obtineant beneficium in ea; sed id fiat ab altero deuotionis gratia, ab altero causa legati, quod relictum sit Missam celebrantibus, decum referunt Campanil. vbi proxime, Garcia d. cap. 3. numer. 73. Armend. d. loco numero trigesimo tertio.

24 Filios illegitimos clericorum non perhiberi à Concilio Trident. cum patribus habitare tenent Garcia d. cap. 3. numero 74. Armend. d. loco n. 35. vbi refert in Episcopatu Pamplonenfi prohiberi lib. c. tit. de filiis presbyt. fol. 27. de suis constitutiones synodales; & ita credo non esse molestiam exhibendam illegitimo presbytero celebranti Missam ob quodam legatum in eadem Ecclesia, in qua pater celebrat ob deuotionem, cum neuter habeat beneficium, & hic casus non sit prohibitus à Concilio, ita Garcia d. capit. 3. numer. 73. Armend. d. loco n. 34.

25 Circa quintam differentiam, iam supra notauimus de iure antiquo licere patribus renunciare beneficia, quae obtinebant, ad fauorem tertij, imposita pensione soluenda proprijs filijs illegitimis, quod quidem de iure nouissimo Concilio Trident. non est licitum, vt constat ex dicto cap. 15. in quo prohibetur filium illegitimum posse habere pensionem super beneficio, aliàs à patre obtento, quod non habet locum in eis, qui pensionem huiusmodi ante confirmationem ipsius Concilij legitime impetrarunt, vt referunt decum Nicolaus Garcia d. cap. 3. numer. 46. Armend. d. loco numer. 14. & 15. vbi numer. 15. resoluit illegitimum beneficiatum in Ecclesia, in qua pater simile vel dissimile beneficium habuit, eo mortuo ante Concilij publicationem non posse ex vigore cuiuscunque eius dispensationis ante Concilij publicationem obtinere, obtinere aliud beneficium, dimisso eo, quod obtinebat in eadem Ecclesia, in qua pater reperitur beneficiatus, nec optare ex vi statuti illius Ecclesiae aliud beneficium, quod sibi competere, veluti antiquiori: acquiritur enim de nouo, & dispensationibus per Concil. sublatis remanet indispensatus, de quo etiam Nicol. Garcia d. capit. 3. numer. quinquagesimo tertio.

26 Pensionem tamen, quam parens obtinuit, vel in beneficio in quo habuit illam pensionem, non vetari illegitimam prolem habere defendit Steph. Gratian. d. cap. 397. quam refert Campanil. d. cap. 13. numer. 70. & post Nauar. resoluit Seraph. decis. 1442. nu. 15.

27 Si vero pater habeat facultatem transferendi pensionem posse illam transferre in filium illegitimum resoluit Gig. de pensio. q. 86. n. 5. Flamin. de resignat. lib. 6. q. 4. n. 21. & 22. Gonzal. ad regul. 8.

Cancellaria glos. 5. §. 5. n. 22. & 23. P. Azor. Instita moral. p. 2. lib. 8. ca. 8. q. 7. Nic. Garc. d. cap. 3. n. 34. Steph. Grat. d. cap. 397. n. 1. & 7. Aloys. Ricc. d. p. 4. collect. 1367. in fine. Potest aliquando euenire, vt scilicet Antonius legitimus obtinens canonicatum illud resignet in fauorem Nicolai referuata pensione super parochiali, quam obtinet pater ipsius Nicolai, hanc referuatio comprehenditur decreto d. cap. 15. & sic pater in fraudem consensit pensioni, ita decum fuisse attestantur Garc. d. c. 3. num. 8. Armendar. d. loco n. 41.

28 Episcopus debet maxime obuiare reciprocis resignationibus, quas prohibet & abominatur Conc. Trid. d. cap. 15. vers. ad hanc reciproc. de quibus agunt Nau. conf. 5. de renunciat. Emman. Rodero. in sum. p. 1. cap. 56. n. 9. & faciunt quae Flamin. de resignat. lib. 14. q. 9.

29 Praedita tamen prohibitio loquitur tantum circa reciprocas resignationes post ipsum Concilium in fauorem filiorum faciendas, vt referunt resolutum Garc. d. c. 3. n. 82. in 3. respons. Armendar. d. loco n. 5.

30 Cum huiusmodi illegitimis dispensare non valent Episcopi, vt habeant eadem beneficia, quae pater habuit, teste staphile. de litteris gratia, tit. de qualitat. & statu benefic. vers. 1. quod sit illegit. Geminian. in cap. 1. n. 8. vers. in glos. ibi de filiis presbyt. in 6. glos. fin. in d. c. ad abolendam, neque ad habendum ea, quae in eadem existunt Ecclesia in qua genitor habuit, aut in praesenti retinet beneficium, quia ad fauorem illegitimorum (etiam ante clericatum paternum natorum, solus Papa non ipsi Episcopi largiri queunt huiusmodi facultatem, vt ait glos. verbo patris, in c. 3. de filiis presbyt. glos. ult. in c. conueniente, eod. tit. Mandos. tract. signatur a gratia sub tit. de dispensatione ad beneficia in ecclesia, in qua pater, refert & sequitur Campanil. d. lib. 11. cap. 13. n. 87.

31 Et dispensatio debet esse in specie derogatoria Bullae Clementis VII. & Concilij Trident. vt illegitimus valeat in Ecclesia ministrare, vbi pater habuit beneficium Rebuff. in praxi tit. de dispensat. super defectu natalium n. 24. & 55. vna enim dispensatio non tollit omnes defectus, sed tot debent esse dispensationes, quot obstacula, Gemin. conf. 33. numer. 8. Cassad. decis. 9. numer. 4. de praebend. Rot. decis. 233. p. 1. Neque generales derogationes, & clausulae operantur quando talia sunt impedimenta, quae difficiliorem reddere solent concedentem ad dispensandum Felin. in cap. nonnulli, numer. 21. vers. quinta conclusio, de rescript. Alex. conf. 195. numer. 10. libr. 2. Menoch. de arbitrar. casu 203. n. 12. quo fundamento ita in terminis resoluit Aloys. Ricc. in praxi antea resol. 369.

§ V M M A R I V M.

- 1 Vnio est beneficiorum, seu Ecclesiarum ab Episcopo, vel alio Superiore ob utilitatem, seu necessitatem factam annexio.
- 2 Vnio quibus modis fiat, ostenditur.
- 3 Vniri beneficia sua diocesis non exempta, potest ex legitimis causis Episcopus.
- 4 Legatus à Latere potest beneficia sua provincia, quae conferre valet ex causa rationabili, & legitima vnire.
- 5 Capitulum sede vacante potest vnire sicut Episcopus, dummodo sibi non veniat, & nihil pereat de iure episcopali.
- 6 Episcopi inferiores possunt vnire existente primice.

gio, vel conſuetudine præſcripta, aut præſcriptione immemorabili, vel quadragenaria cum titulo.

7 Vicarius generalis Episcopis non poteſt beneficia unire ſine ſpeciali mandato.

8 Uniendo in perpetuum facultas conceditur Episcopis, non autem ad tempus, ſeu ad vitam.

9 Beneficia unius diœceſis beneficijs, vel pio loco alterius diœceſis non uniuntur.

10 Beneficia curata non uniuntur monaſterijs, dignitatibus, præbendis, ſeu alijs beneficijs ſimplicibus.

11 Unio monaſterijs monialium faciendâ eſt cum ſub eſt aliqua cauſa legitima, accedente ad id auctoritate Papæ.

12 Unio Parochialis ita eſt prohibita, ut etiam aliqua pars eius fructuum uniri non poſſit.

13 Parochia, quæ certos fines non habent, ſed certum tantum populum, uniri poſſunt.

14 Beneficia ſimplicia quomodo unienda.

15 Unire poteſt Episcopus beneficia etiam reſervata, ſeu deuoluta Sedi Apoſtolice, niſi reſervatio eſſet perpetua.

16 Unio non poteſt fieri de beneficio deuoluto ad Papam ob Ordinarij negligentiam non conferentis illud.

17 Uniones perpetuas quarumcunque Eccleſiarum parochialium, & aliorum beneficiorum inſiſtationatus non poteſt facere Episcopus.

18 Unio de beneficijs inſiſtationatus facta abſque patronorum conſenſu non valet.

19 Patroni conſenſus in unione non præſumitur, nec de eo ſtatutæ aſſertioni Episcopis.

20 Uniendo facultas Eccleſias, vel beneficia propter eorum paupertatem, quando Episcopis concedatur, ſtenditur.

21 Unio faciendâ ab Episcopo debet eſſe cum euidenti neceſſitate, vel Eccleſie utilitate.

22 Unionis cauſa legitima eſt tenuitas fructuum, ac Eccleſie paupertas.

23 Unio facta ſine cauſa, vel ex falſa cauſa, nulla eſt ipſo iure.

24 Unionis veræ cauſe non præſumuntur, ſed eam allegans tenetur probare.

25 Capituli conſenſus in unione faciendâ requiritur.

26 Capituli conſenſus poteſt intervenire etiam poſt unionem.

27 Unionis nullitas ob defectum conſenſus Capituli à nullo poteſt opponi, cum hac exceptio illi ſoli concedatur.

28 Unio per Episcopum abſque Capitulo fieri poteſt, ubi extaret conſuetudo.

29 Capituli conſenſus etiam eſt neceſſarius quando Episcopus facit unionem tanquam Apoſtolice Sedis delegatus.

30 Unio facta ab Episcopo ipſi Capitulo requiritur Papæ auctoritatem.

31 Unio facta alicui dignitati, vel præbendæ Capituli, aut omnibus præbendis diſtinctis, poteſt fieri ab Episcopo cum conſenſu ipſius Capituli, ſine Papæ auctoritate.

32 Uniendo tenuibus præbendis ſingulorum Capitularium, non tamen menſæ Capitulari, Concilium Episcopis facultatem concedit.

33 Unionem poteſt facere Episcopus omnibus præbendis, ſeu diſtributionibus, ſimul ex declaratione Illuſtriſſ. D. D. Cardinalium.

34 Unio debet fieri vocatis ijs, quorum intereſt, alias non valet.

35 Unio beneficiorum facta abſque conſenſu poſſeſſorum eſt inualida.

36 Reſtor beneficij in unione faciendâ non eſt vocandus, maxime quando unio debet ſortiri effectum poſt eius obitum.

37 Plebs vocari non debet in unione faciendâ niſi allegaret cauſam rationabilem, ne fieret unio.

38 Unio unius beneficij facta alteri acceſſorie operatur extinctionem, & ſuppreſſionem nominis, & tituli beneficij uniti.

39 Curam animarum non cenſetur habere, qui beneficium curatum habet acceſſorie annexum alicui beneficio ſimplici.

40 Beneficij principalis natura, & qualitas attenditur, non autem annexi.

41 Unitum beneficium aſſumit naturam, conſuetudines, & privilegia principalis.

42 Unita Eccleſia per unionem ſupprimitur, & omnia transferuntur in eam, cui ſit unio.

43 Unita Eccleſia parochialis poſſeſſa utrius membrum alterius non inducit incompatibilitatem.

44 Beneficium curatum annexum ſimplici aſſumit naturam ſimplicis.

45 Etas viginti quinque annorum non requiritur ad parochialem unitam acceſſorie, & perpetuam, ſed ſufficit illa, quæ ad principalem requiritur.

46 Conſenſus non eſt faciendus in promiſſione dignitatum habentium unitam Parochialem perpetuam, & acceſſorie.

47 Beneficium principale in impetratione ſufficit tantum exprimi, nec opus eſt exprimere acceſſorie unitum.

48 Diſpenſare poteſt Episcopus cum illegitimo ad beneficium ſimplex, cui unita eſt Parochialis.

49 Promotus ad Eccleſiam parochialem, quæ eſt unita acceſſorie alicui non parochiali, minime tenetur lege poſita in cap. licet canon. de elect. lib. 6.

50 Unio æque principaliter, quæ ſit, ſtenditur.

51 Canonatum obtinens, cui eſt unita parochialis ad vitam, debet in Parochiali reſidere, & non in Canonatu, ac facere mentionem in impetratione de utroque beneficio ſic annexo.

52 Unio quomodo acceſſorie, vel æque principaliter facta cognoscatur, remiſſine.

53 Unio non præſumitur, ſed probari debet ab eo, qui ſalutem aſſertit.

54 Unio probanda eſt per instrumentum, ſeu litteras ipſius unionis, vel ex diuturnitate temporis immemorialis.

55 Unio ex verbis enunciatis quando probetur, ſtenditur.

56 Unio probari poteſt per confeſſionem partis adverſe concurrentibus adminiculis, & coniecturis.

EPISCOPVS QVÆ beneficia unire poſſit.

ALLEGATIO LXVI.

1 Unio eſt beneficiorum, ſeu Eccleſiarum ab Episcopo, vel alio ſuperiore facta annexio, Bap. Caccialup. in tract. de unionib. art. 1. Rebuff. in praxi tit. de unionibus benefic. a. n. 1. Nic. Garc. de benefic. p. 12. cap. 1. n. 3. illo amplius addito, ob utilitatem ſeu neceſſitatem Eccleſie, ut colligitur ex Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 13. & tradit Vgolin. de officio, & poteſt. Episcopis. c. 52. in princip. num. 1.

2 Tribus poſſibilibus modis fit unio, de quibus agunt gloſ. verbo unire, in cap. & temporis 16. quaſt. 1. gloſ. etiam verbo uniendo, in cap. 1. ne ſede vacante, & poſt alios Petr. Gregor. de benefic. capit. 20. numero ſecundo. Azori inſtit. moral. p. 2. libro ſexto capit. vigeſimo octavo. quaſtione. 2. Nicol. Garcia d. capit. ſecundo numero ſextimo. Primo modo fit unio, ut ex

duobus beneficijs, seu Ecclesijs vnum fiat, capit. decimas, §. sicut enim 16. quæst. 1. qui modus videtur parum frequens. Secundo modo fit vno, vt vna Ecclesia alteri subijciatur, seu vnum beneficium alteri accessio. Tertio fit vno duorum beneficiorum, seu Ecclesiarum inuicem æque principaliter.

3 Episcopus ex legitimis causis potest vnire beneficia suæ diocesis non exempta, capit. sicut vnire, de excess. prælatus. capit. expensisti, de præbendis, capit. consultationibus, capit. pastoralis, de donat. clem. si vna, de rebus ecclesiæ, Clement. 1. §. ad hæc, de statu monach. Rebuff. d. titul. de unionib. numero vigesimo secundo et in repet. capit. extirpanda, §. qui vero, de præbendis, proæm. 4. et notab. 3. versicul. de iure autem. Fusc. de visitat. libro secundo capit. 2. numero decimo nono. Azgri. d. par. 2. libro sexto capit. 28. quæst. 6. Rota diuers. decis. 133. numero 5. p. 2. Nicol. Garcia d. capit. 2. numero 62. Etiam si eorum collatio vigore concordie spectaret ad Capitulum, vt tenuit Rot. in vna Osen. Canonicius 1. Februarij 1593. coram Illustri. Seraphino, & est inter eius impressas decisiones decis. 1011. numero secundo.

4 Sic etiam Legatus à Latere, qui est maior Episcopo, & omnia potest in sua prouincia, quæ Episcopus in sua Diocesi, potest beneficia suæ prouincie, quæ conferre valet, ex causa rationabili, & legitima, vnire: ita Rebuff. d. titul. de unionib. numero vigesimo quarto, et in regul. de unionib. gloss. 11. numero decimo tertio. Azgri. d. par. 2. lib. 5. capit. 29. quæst. 14. multi alij quos refert & sequitur Nicol. Garcia d. capit. 2. numero 65. quibus adde Aloys. Ricci. in praxi fori ecclesiast. decis. 492. in prima edit. et resolut. 383. numero secundo, in secunda edit. Vgolin. d. capit. 52. §. 1. numero 1.

5 Amplia in Capitulo Sede vacante, quod succedere potest in hac vniendi potestate, dummodo sibi non vniant, & nihil pereat de iure episcopali: ita Rebuff. d. titul. de unionib. numero 56. praxis Episcopalis par. 1. verbo vno, §. 11. et par. 2. verbo Capitulum, §. 4. et verbo vno, §. 7. praxis Archiepisc. Neapolitana, capit. 85. numero vigesimo quinto. Azgri. d. par. 2. libro sexto capit. 28. quæst. 9. Quaranta in summa bullarum verbo capitulum sede vacante, quæst. 9. versic. quæ conclusio, Garcia d. capit. 2. numero 67. et 68. quicquid contrarium velint Pauin. Hoied. et Cuc. relati à Garcia, vbi proxime, & Azgrius sibi contrarius par. 2. lib. 3. cap. 38. quæst. 9.

6 Amplia etiam in inferioribus Episcopis, qui facere possunt huiusmodi uniones existente priuilegio, vel consuetudine præscripta, aut præscriptione immemoriali, vel quadragenaria cum titulo: ita in d. capit. sicut vnire, et d. Clement. 1. §. ad hæc, vbi gloss. verb. Ordinarios, Rebuff. d. titul. de unionib. num. 32. et 33. Sbroz. de vicario Episcopi lib. 2. quæst. 115. numero 12. Azgri. d. lib. 6. capit. 28. quæst. 10. Nicol. Garcia d. capit. 2. numero 71. cum sequentibus. Aloys. Ricci. d. resolut. 383. num. 3.

7 Vicarius tamen Generalis Episcopi non potest beneficia vnire, sine speciali mandato, etiam si sibi sit data facultas conferendi cum clausula, generali, & ad omnia alia etiam requiruntur speciale mandatum, ita Sbroz. d. quæst. 115. et quæst. 116. numero primo. Rebuff. in praxi beneficii titul. forma vicariatus, numero 102. et d. titul. de unionib. numero 37. Azgri. d. libro sexto capit. 28. quæst. 10. Nicol. Garcia d. capit. 2. numero 69. Narb. de appellation. à vicario ad Episcopum par. 1. numero 223. Aloys. Ricci. d. resolut.

383. ante numero priore. Stephan. Gratian. discept. forens. capit. 278. numero 35.

8 Facultas vniendi in perpetuum conceditur Episcopis, non autem ad tempus, seu ad vitam, praxis Episcopalis par. 1. verbo vno, §. 7. Azgri. d. lib. 6. cap. 28. quæst. 7. Nicol. Garcia d. cap. 2. num. 84.

9 Et restringitur aliquibus in casibus per Sacrum Concil. Trident. videlicet in terminis capit. 9. sess. 14. de reformat. vbi habetur, quod beneficia vnius diocesis beneficijs vel pio loco alterius diocesis non vniantur, de quo vide Fuscum de visitat. lib. 2. capit. 26. numero 24. praxim Episcopalem p. 1. verbo vno, §. 8. Nicol. Garcia d. capit. 2. numero 85. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 30. tract. 3. numero 302. Aloys. Ricci. in praxi fori ecclesiast. decis. 492. in prima edit. et resolut. 383. numero quinto limitat. 5. in 2. edit.

10 Et etiam in terminis capit. 13. sess. 24. de reformat. vbi deciditur, quod beneficia curata non vniantur monasterijs, dignitatibus, præbendis, seu alijs beneficijs simplicibus, praxis Episcopalis d. verbo vno, §. 2. Azgri. d. lib. sexto capit. 28. quæst. 17. Nicol. Garcia d. capit. 2. numero 86.

11 Et vno monasteriorum Monialium facienda est cum subest aliqua causa legitima, accedente ad id auctoritate Papæ, refert decifum praxis episcop. par. 2. verbo vno, §. 4.

12 Parochialis vno ita est prohibita, vt non solum illius vno, sed etiam aliqua pars eius fructuum vniri non possit, referunt decifum Nicol. Garcia d. capit. 2. numero 87. Aloys. Ricci. in praxi fori ecclesiast. decis. 492. in prima edit. et resolut. 382. numero quinto in 2. edit.

13 Parochia vero, quæ certos fines non habent, sed certum tantum populum, & per certas familias distinguuntur, vniri possunt. Nam decretum, quod prohibet Ecclesias parochiales vniri, locum habet quando verè sit Ecclesia parochialis, & habeat certos fines, alijs non, ita decifum referunt Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 6. num. 96. et Nicol. Garcia d. capit. 2. num. 88. Saluari & excipi possunt uniones, quæ fiunt pro fundatione, augmento vel conseruatione Collegiorum, & aliorum piorum locorum ad Fidei Catholicæ defensionem, & propagationem, bonarumque artium cultum, prout resolut Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 7. num. 46.

14 Restringitur etiam potestas vniendi concessa Episcopis ad beneficia simplicia in terminis capit. 15. sess. 24. de reformat. ibi, vel aliquot simplicia beneficia: quod non comprehendit dignitates, prout decifum referunt Nicol. Garcia d. capit. 2. numero 89. Aloys. Ricci. d. resolut. 383. numero quinto, limitat. 4. in 2. edit. huiusmodi autem beneficia simplicia vnienda sunt curatis, prout probat Concil. Trident. sess. 21. de reformat. capit. 5. ibi, vel non curatorum cum curatis, plura enim beneficia simplicia non possunt per Episcopum vniri, Aloys. Ricci. in praxi fori ecclesiast. decis. 720. in prima edit. et resolut. 610. in 2. edit.

15 Episcopus potest beneficia, etiam reseruata, seu deuoluta Sedi Apostolicæ vnire, nisi reseruatio beneficij esset perpetua: ita Nauarr. cons. 12. de rebus ecclesiæ non alien. et cons. 10. de officio delegat. in nouis, praxis Episcopalis par. 1. verbo vno, §. 7. dub. 1. vel 2. et par. 2. eodem verbo, §. 4. Azgri. par. 2. lib. 5. capit. 29. quæst. 17. et lib. 6. cap. 29. quæst. 16. Gonzal. d. gloss. 5. §. 7. num. 136. Nicol. Garcia d. cap. 2. à num. 91. Seraphim. decis. 1072. numero 5.

16 Vbi addit verba concilij ſeſſ. 21. capit. 5. ſer-
uata forma iuris, intelligi de conſenſu Capituli.
Vnio tamen non poteſt fieri de beneficio deuolu-
to ad Papam ob Ordinarij negligentiam non con-
ferentis illud: in pœnam enim negligentiae ſuae po-
teſtas vniendi illi adimitur: ſecus vero quando in-
ueniret illa iam deuoluta propter prædeceſſoris
negligentiam, ignorantiam, vel abſentiam, vt per
Rebuſſ. de deuolutionib. numero 31. præxim Episcopalem
part. 2. verbo vno, §. 8.

17 Non poteſt tamen Episcopus facere vniones
perpetuas quarumcunque Eccleſiarum parochia-
lium, & aliorum beneficiorum iuriſpatronatus,
prout deciſum refert Nicol. Garcia d. capit. 2. nu-
mero 210.

18 Vnio enim de beneficijs iuriſpatronatus facta
abſque patronorum conſenſu non valet, prout
diſponit Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reformat. capit. 15.
Reſoluit Roch. de iurepatronatus, verbo honoriſi-
cum, quaſt. 3. Lambertin. eodem tractatu lib. 3. quaſt. 6.
artic. 2. Abſſ. Ricci. in praxi fori eccleſiaſtici deciſ. 486.
in prima editione, & reſoluit. 377. num. 1. in ſecunda edi-
tione, & numero quinto.

19 Reſoluit conſenſum patrōni non præſumi, nec
de eo ſtari aſſertioni Episcopi. Vnire igitur bene-
ficia de iurepatronatus nullus ſuperior poteſt ci-
tra patrōni conſenſum, ne illi perpetuò genere-
tur præiudicium amittendo ius præſentationis,
quod ſine dubio perdit patronus ſtatim, ac bene-
ficiū iuriſpatronatus vnitur alteri libero, iuxta
notata per Stephan. Beltrand. conſil. 73. incip. in vnio-
ne beneficij patronati, volum. 4. qui propterea vnio-
nem ſpreto patrōni factam decernit irritam, &
præſentationem de perſona inſtituenda admitten-
dam eſſe excluſa vnione, illiusque nulla habita
ratione concludit, prout eum refert Campan. in di-
uerſ. iuris Canonici, rubr. 11. cap. 13. num. 477.

20 Facultatem hanc faciendi vniones perpetuas
quarumcunque Eccleſiarum parochialium, & ba-
ptiſmalium, & aliorum beneficiorum curatorum,
vel non curatorum, cum curatis propter eorum
paupertatem iuxta formam iuris, Episcopiſ etiam
tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatis concedit Con-
cil. Trident. ſeſſ. 21. de reformat. capit. 5. ſeſſ. 24. de re-
format. capit. 15. modum præſcribit Episcopiſ in
huiusmodi vnionibus faciendis, itaut eis tantum
liceat cum conſenſu Capituli aliquot ſimplicijs be-
neficia, non tamen regularia, vnire Eccleſijs Ca-
thedralibus, & Collegiaſiſ inſignibus, vbi fre-
quentes adeoque tenues ſunt præbendæ ſimul
cum diſtributionibus quotidianis, vt ſuſtinendo
decenti canonicorum gradu pro loci, & perſona-
rum qualitate non ſufficiant.

21 Debet igitur ab Episcopiſ hæc vnio fieri data
euidenti neceſſitate, vel Eccleſiæ vtilitate d. capit.
expoſuiſti, de præbendis, Rebuſſ. d. titul. de vnionib. nu-
mero 38. Azori. par. 2. libro ſexto cap. 28. quaſt. 4. &
13. Nicol. Garcia d. cap. 2. num. 108.

22 Et tenuitatem fructum, ac paupertatem Ec-
cleſiæ eſſe legitimam cauſam vnionis tenuit Roſa
teſte ſeraphino deciſion. 1078. numero quarto. Si vero
ſine cauſa, vel ex falſa cauſa, etiam ſeruata iuris
forma, vnio facta ſit per Ordinarium, nulla eſt
ipſo iure Burſat. conſil. 185. numero decimo tertio libro
ſecundo. Nicol. Garcia d. capit. 2. numero 113. vbi nu-
mero 117.

23 Reſoluit ſubreptionem vitare ipſo iure vnio-
nem Apoſtolicam. Cauſæ vnionis veræ non præ-

ſumuntur, etiamſi Ordinarius, vel Legatus eas
inferat in vnione, & aſſerat eſſe veras: ſed iuuans
ſe vnione tenetur illas probare, Nicol. Garcia d. cap.
2. numero 120. vbi num. 121.

24 Reſoluit, quod ſi Ordinarius, vel Legatus
in ipſa vnione enuntiet adhibuiſſe cauſæ cogni-
tionem, & ſolemnitates requiſitas, & reperiſſe
cauſas eſſe veras, videtur ſtandum eius aſſertio-
ni, & præſumendum eſſe pro vnione, donec con-
trarium probetur, etiam ſi proceſſerit parte non
vocata, quia forte tunc nullus aderat, qui debe-
ret vocari.

25 Ultra cauſæ cognitionem in vnione faciendâ
per Episcopum, requiritur conſenſus Capituli,
d. capit. paſtoralis, de donationibus, d. Clement. ſi vna,
de rebus Eccleſiæ, Rebuſſ. d. regul. de vnionibus, gloſſ. 11.
numero ſecundo. Seraphim. deciſ. 1078. num. 1. Enſe. de
viſitat. lib. 2. cap. 26. num. 5. Azori. inſtitut. moralium
par. 1. lib. 6. cap. 28. quaſt. 12. alios plures refert Ni-
col. Garcia d. cap. 2. num. 145.

26 Et hic conſenſus Capituli poteſt interuenire,
etiam poſt vnionem, Rebuſſ. d. gloſſ. 11. numero 20.
Azori. d. quaſt. 12. in fine, Garcia d. capit. 2. numero
147. cum ſequentib. Stephan. Gratian. diſceptat. forenſ.
capit. 278. numero 30.

27 Vbi etiam reſoluit nullitatem vnionis ob de-
fectum conſenſus Capituli à nullo poſſe opponi,
cum hæc exceptio illi ſoli concedatur.

28 Vbi tamen extaret conſuetudo in contrarium,
videtur vnio poſſe fieri per Episcopum, abſque
Capitulo, tradunt Enſe. d. libro ſecundo capit. 26. nu-
mero quinto. Petr. Gregor. de benef. capit. 20. num. 6.
Nicol. Garcia d. cap. 2. num. 152. vbi num. 153. intelli-
git de conſuetudine generali, quæ eſſet conſuetu-
do propria, & non præſcriptio, quia tunc ſuffi-
ceret ſolum tempus quadraginta annorum: quam-
uis huiusmodi conſuetudinem in contrarium non
valere teneant gloſſ. verbo conſentiente. in d. Clement. ſi
vna, vbi Imola, & Bonifac. à numero decimo ſexto.
Abb. numero ſecundo Felin. in capit. cum cauſam, num.
10. & 20. de re iudic.

29 Qui quidem Episcopiſ conſenſus requiritur in
vnione etiamſi ex Concil. Trident. ſeſſ. 21. de reformat.
capit. 5. fiat ab Episcopiſ tanquam Apoſtolicæ Sedis
delegatis ex illis verbis ibi, iuxta formam iu-
ris, & ita deciſum fuiſſe refert Nicol. Garcia d. cap.
2. numero 158. Quamuis contrarium immo Capitu-
li conſenſum non eſſe neceſſarium, cum Episcopiſ
vniones faciunt tanquam Sedi Apoſt. delegati te-
neant Nauarr. conſil. 10. de offi. delegati in num. præxim
Episcopaliſ par. 2. verbo vnio, §. 9.

30 In vnione vero facta ab Episcopo ipſi Capitu-
lo requiritur auctoritas Papæ, cum non poſſit au-
thorizare in facto proprio, gloſſ. verbo menſa, ad fi-
nem, in d. Clement. ſi vna, quam ſequuntur ibi Car-
din. num. 3. & Abb. numero ſexto, & alij quos refert,
& ſequitur Nicol. Garcia d. capit. 2. num. 168. &
conſult Rota Romana in vna Peruſin. beneficij 4. Iulij
1608. coram D. Penæ, vbi quod in vnione, quæ
ſit ad fauorem Capituli, quam ipſum non poterit
auctorizare, requiritur auctoritas Papæ, etiamſi
ſit vigore Concilij ſeſſ. 21. de reformat. cap. 5.

31 Secus vero vbi vnio fieret alicui dignitati, vel
præbendæ Capituli, Rota Rom. par. 1. diuerſ. deciſ.
788. numero quarto, immo etiam omnibus præben-
dis diſtinctis, non ſimul, ſed ſeparatim, & diſtin-
cte vnicuique, ita reſoluit poſt multos, quos re-
fert Nicol. Garcia d. capit. 2. numero 170. Stephan.

Gratian. *disceptat. forens. capit. 274. numero 34. in fine. Gonzalez ad regul. 8. Cancellar. gloss. 37. numero 25. Concil. enim d. capit. 15.*

32 Videtur facultatem concedere vniendi tenuibus prabendis singulorum Capitularium, non tamen mentis capitulari, ex *Aloys. Ricci. in collect. decif. part. 4. collectan. 1067. in fine. & in praxi fori ecclesiastici decif. 488. in prima edit. & resolut. 379. numero quarto in secunda edit. & ita de iure probat d. Clement. si vna, ad quam respicit Concil. Trident. d. capit. 15. in illis verbis, ibi, iuxta formam iuris.*

33 Sed re maturius perpensa, verius existimo in terminis, de quibus agimus, posse Episcopum facere vniorem omnibus prabendis, seu distributionibus simul, ex declaratione Illustrissimorum Dominorum Cardinalium his verbis. Hæ vniões fieri possunt in distributionibus quoridianis, vbi illæ tenues sunt, & etiam Præbendæ tenues, secus si præbendæ non essent tenues, quia hoc casu tenuitati distributionum succurri potest per remedium *cap. 3. sess. 21. de reformat. idem licere Congregat. censuit quando nullæ sunt distributiones, & præbendæ tenues, vel è contra, refert Nicol. Garcia dict. capit. 2. numero 171.*

34 Deinde vnio debet fieri vocatis his, quorum interest, alias non valet, *Clement. unica, §. ad hæc de statu monachorum, Concil. Tridentin. sess. 7. de reformat. capit. 6. Rebuff. dict. titul. de vniõib. numero 43. Azor. d. libro sexto capit. 28. quæst. 14. Rot. Roman. quæst. 2. diuers. decif. 133. numero quarto. Nicol. Garcia d. capit. 2. numero 203. Henr. conf. 99. numero sexto. Aloys. Ricci. in praxi fori ecclesiastici decif. 486. in prima edit. & resolut. 377. numero 3. in secunda edit. & decif. 491. in prima editioe, ac resolut. 382. numero primo. in secunda editioe.*

35 Ac proinde vniorem beneficiorum esse inuualidam, si fiat absque consensu possessorum, resoluit *Cardm. Seraph. decif. 1459. num. 13.*

36 Rector tamen beneficii in vniõne facienda non est vocandus, maxime quando vnio debet sortiri effectum post eius obitum *Clement. final. versic. quod si rector, vbi gloss. verbo vocatus, de rebus Ecclesiæ non alien. & ibi Cardinal. quæst. 1. numero primo. Anchar. numero quinto. Rota Roman. diuers. decif. 133. numero 14. p. 2. Seraphin. decif. 1078. numero 3. Aloys. Ricci. resolut. 382. Nicol. Garcia d. capit. 2. num. 24. & num. 203. vbi num. 219.*

37 Ampliat, vt neque etiam plebs debeat vocari, nisi allegaret causam rationabilem, ne fieret vnio, & numero 220. allerit resolutum in vna *Gerunden. vniõis vigesima Martij 1600. coram Illustriss. Cardinale Sacro, Parochianos esse legitimas personas in causa hoc respiciente, cum illorum interfit bonum habere Pastorem.*

38 Vnio vnus beneficii facta alteri accessorie operatur extinctionem, & suppressionem nominis, & tituli beneficii vniti, itaut amplius beneficium dici non possit, sed iudicatur, vt prædium eius, cui fit vnio, ita *Rota Roman. diuers. decif. 738. numero sexto par. 1. & decif. 113. numero decimo sexto par. 2. Putean. decif. 6. de vniõib. pluresque alij quos refert, & sequitur Nicol. Garcia d. capit. 2. numero 12. quibus addit Flamin. de resignat. libro secundo quæst. 9. numero tertio & lib. 3. quæst. 1. num. 120. & libro duodecimo quæst. 3. num. 47. Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. gloss. 1. §. 7. Valasc. consult. 14. numero primo. Flor. ad Gamman. decif. vltima.*

39 Et sic non intituitur quis in parochiali annexa, sed in beneficio principali *Franch. in capit. 1. numero septimo de filiis presbyterorum, libro sexto. Nicol. Garcia p. 11. capit. 5. numero 193. & non censetur habere curam animarum Felin. in capit. in nostra, de re scripta, corollar. 10. Dec. in capit. ad aures, eodem titul. numero decimo tertio. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 201. num. 97. Nauarr. consil. 14. num. 4. de rebus ecclesiæ in nouis, Quintanaduenas Ecclesiasticon lib. 4. num. 70. Nicol. Garcia d. par. 11. cap. 5. num. 194.*

40 Et ita attenditur tantum qualitas, & natura beneficii principalis, non autem annexi, gloss. verbo ecclesiæ, in *Clement. per litteras, de prabendis, vbi Cardm. quæst. 17. Imola a numero decimo quinto. Abb. num. 5. Bonifac. a numero 20.*

41 Nam vnium assumit naturam, consuetudines, & priuilegia principalis, cui est annexum, gloss. verbo vnire, in capit. & temporis 16. quæst. 1. gloss. etiam verbo vniendo in capit. 1. ne sede vacante, *Gonzalez ad regul. 8. Cancellar. dict. paragraph. 7. a numero secundo. D. Barbosa in l. quia tale, numero 95. in fine, ff. soluto matrimen.*

42 Et per vniõnem supprimitur Ecclesiæ vnita, & omnia transferuntur in eam, cui fit vnio, tenuit *Rota in vna Illerd. dismembrationis, 27. Ianuarij 1593. coram Illustriss. Seraphino, nunc decif. 1009, numero quarto.*

43 Primo ex dictis infertur Ecclesiæ parochialem possessam vti vnitam, & membrum alterius, non inducere incompatibilitatem, *Rot. diuers. decif. 76 numero tertio par. 1. Nicol. Garcia d. parte 11. capit. 5. numero 95.*

44 Vbi etiam resoluit, quod vnum beneficium curatum annexum simplici, assumit naturam simplicis, & citat *Rebuff. in praxi tit. de non promotu num. 31. Valasc. consult. 14. num. 1. Lesium de iustit. libro 2. cap. 34. num. 148. Azor. instit. moral. par. 2. libro sexto capit. 28. quæst. 20. in fine.*

45 Secundo infertur ad Canonicatum, seu dignitatem, cui est vnita parochialis accessorie, & perpetuo, non requiri ætatem vigintiquinque annorum, sed sufficere ætatem ad Canonicatum, seu dignitatem requisitam: ita decum referunt *Henr. quæst. 32. numero 4. & seq. praxis noua Episcopalis par. 2. capit. 5. numero vigesimo primo pag. 330. Nicol. Garcia d. part. 12. capit. 2. num. 26. Galert. in margarita casuum conscientie, verbo Canonici, quinto, & verbo parochus, Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. gloss. 9. numero 4. Aloys. Ricci. in praxi fori ecclesiastici decif. 735. in 1. edit. & resolut. 512. in 2. edit.*

46 Tertio infertur in prouisione dignitatum habentium vnitam parochialem perpetuam, & accessorie non esse faciendum concurrentum: ita decum referunt *Galert. in margarita casuum conscientie, verbo beneficium, pagina 24. Nicol. Garcia par. 9. capit. 2. numero 193. Gonzalez ad regul. 8. Cancellar. gloss. 5. §. 7. numero decimo tertio, & gloss. 6. numero 162. Lesi. de iust. lib. 2. capit. 34. numero 81.*

47 Quarto infertur in impetratione principale beneficium tantum exprimentum, nec opus esse exprimere vnium accessorie, *Menoch. d. casu 205. numero 67. Rota Romana diuers. decif. 786. sub numero tertio par. 1. Sclu. in tract. de benefic. par. 3. quæst. 12. num. 64. vers. 14. qualitas, Flam. de resignat. lib. 10. quæst. 1. num. 36. Azor. d. cap. 18. quæst. 20. Campan. in diuers. iuris Canon. rub. 11. cap. 13. num. 83. Garcia d. cap. 2. nu. 20. vbi num. 28. refert in Rota decum quod in beneficio vnito non habet locum regula de triennali.*

48 Quinto infertur Episcopum posse dispensare cum illegitimo ad beneficium simplex, cui est vnita parochialis, *Geminian. in capit. 1. numero 12. de filijs presbyterorum libro sexto. Rebuff. in tract. nominat. quest. 16. numero vigesimo septimo. Ioannes Maria Bellet. disquisit. clericalium par. 1. titul. de disciplina clericali, paragraph 3 numero trigesimo quarto. Campanili d. capit. 13. numero 83. Stephan. Gratian. disceptation. forens. capit. 273. numero 47.*

49 Sexto infertur promotum ad Ecclesiam parochialem, quæ est vnita accessorie alicui non parochiali, minime teneri lege posita in capit. licet canon. de elect. in 6. vt resoluit Azgri. d. par. 2. libro sexto capit. 8. quest. 8.

50 Vnio vero facta æque principaliter nihil aliud operatur, nisi vt rector vnus sit rector alterius, & vtrumque beneficium manet beneficium, sicut antea erat, & quælibet Ecclesia in suo statu, & honore remanet, & proprios redditus agnoscit, & gaudet suis privilegijs, *gloss. in d. capit. & temp. & in d. capit. 1. & in d. Clement. per litteras, Rebuff. d. titul. de vnionibus, numero decimo quinto, & post alios quos refert optime resoluit Nicol. Garcia d. capit. 2. numero trigesimo septimo, vbi numero 38. asserit idem quando vnio facta est ad tempus, seu ad vitam, & numero 39.*

51 Cum sequentibus asserit obtinentem Canonicatum, cui sit vnita parochialis ad vitam debere in parochiali residere, & non in Canonicatu, ac facere mentionem in impetratione de vtroque beneficio sic annexo.

52 Quomodo autem vnio accessorie, vel æquæ principaliter facta cognoscatur, tradunt Mascard. de probat. conclus. 1418. Menoch. de presumpt. libro sexto quest. 80. numero sexto. *Rota Romana. diuers. decis. 114. par. 2. Gomez ad regul. 8. Cancell. gloss. 5. paragraph. 7. à numero 120.*

53 Vnio cum sit quid facti, & odiosum, non præsumitur, sed probari debet ab eo, qui factam asserit, *Rebuff. consil. 8. versic. 5. respondetur, Mascard. d. conclus. 14. 8. numero primo & secundo. Menoch. d. quest. 80. numero primo. Rota Romana diuers. decis. 557. numero quinto libro tertio, par. 3. Probanda est igitur vnio per instrumentum, seu litteras ipsius vnionis, Mascard. conclus. 587. numero primo, praxis Episcopalis par. 1. verbo vnio, §. 8.*

54 Vel ex diuturnitate temporis, immemorialis scilicet, *Menoch. d. quest. 80. num. 5. Flor. variar. lib. 1. quest. 10. num. 19. Cachetan. Pedam. decis. 116. num. 11. Put. decis. 238. lib. 1. & decis. 209. lib. 2.*

55 Vel etiam probatur vnio ex verbis enunciatiuis plurium instrumentorum antiquorum, in quibus talia beneficia tanquam vnita enunciantur, *Mascard. d. conclus. 1418. numero duodecimo. Putean. decis. 209. libro secundo. Caputaq. decis. 344. num. 2. & decis. 347. à numero 2. par. 3. videlicet si sint ad minus duo instrumenta, prout ex pluribus Rotæ decisionibus refert Nicol. Garcia d. capit. numero 259. vbi numero 258. intelligit si emanauerint à personis non suspectis, & à numero 260. cum sequentibus tenet instrumenta antiqua illa dici, quæ sunt centum annorum.*

56 Vltimo etiam probari potest vnio per confessionem partis aduersæ, concurrentibus administris, & coniecturis, *Mascard. dict. conclus. 1418. numero 15. Nicol. Garcia d. capit. 2. à numero 273. cum quo prosequere ad omnia alia, quæ desiderare poteris in hac materia.*

1 Supprimere præbendas in Cathedralibus & Collegiatis insignibus quando possit Episcopus, ostenditur.

2 Præbendas extinguendi Collegiarum non insignium nullam habet Episcopus potestatem.

3 Capitulo Sede vacante non licet supprimere portiones vigore Concilij sess. 24. de reformat. capit. 15.

4 Suppressionem præbendarum tenuium facere non potest Collegiata Ecclesia Prælati, licet sit exempta, & Ecclesia insignis.

5 Suppressio tituli nunquam fieri debet, nisi redditus Ecclesie diminuti probetur.

6 Reditus Ecclesie aucti potius, quam diminui in dubio præsumuntur.

7 Beneficia de sui natura præsumuntur congrua.

8 Interpretatio illa fieri debet, quæ sit fauorabilis augmento cultus diuini.

9 Suppressio & extinctio alicuius dignitatis, vel præbende non potest fieri ab Episcopo ex causa cum consensu Capituli, quando bona Episcopi, & Capituli sunt communia, nec etiam si id caderet in utilitatem Capituli.

10 Supprimere potest Episcopus cum consensu Capituli præbendam, & applicare singulis Canonici, vel singulis de Capitulo.

11 Dismembratio, seu diminutio beneficij eandem causam, & solemnitatem requirit, quam vnio postulat.

12 Rectoris, defensoris vocatio in dismembratione beneficij requiritur, & alia solemnitates in alienatione rei Ecclesie requisitæ.

13 Dismembratio beneficij causa cognita, & de consensu Rectoris valet.

14 Dismembrationis causa sufficiens est pinguedo parochialis.

15 Dismembrare non potest Episcopus fructus vnus beneficij, & illos alteri applicare sine solemnitate in alienatione bonorum Ecclesie requisita, & de consensu Rectoris.

16 Dismembrare non potest Ordinarius beneficia curatæ, ac vnire beneficijs simplicibus.

EPISCOPVS PRÆBENDAS ad pauciores numerum quando reducere possit.

ALLEGATIO LXVII.

I Cvm beneficiati non debeant esse in Ecclesia plures, quam quot possint ex redditibus illius sustentari capit. 1. vbi Abb. de institut. ideo in Cathedralibus & Collegiatis insignibus vbi frequentes, adeoque tenues sunt Præbendæ simul cum distributionibus quotidianis, nec illis vnire aliquot simplicia beneficia possunt, licitum est Episcopis aliquibus ex ijs suppressis cum patronorum consensu, si de iure patronatus laicorum sint, quorum fructus & proventus reliquarum præbendarum distributionibus quotidianis applicantur, eas ad pauciores numerum reducere, ita tamen vt tot supersint, quæ diuino cultui celebrando, ac dignitati Ecclesiasticæ commode valeant respondere, ita Concil. Trident. sess. 24. de reformat. capit. 15. praxis Episcopalis p. 1. verbo beneficia §. 1. versic. 11. Moneta de distribut. quotid. quest. 1. capit. 5. à numero